

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Mulier 1  
cum uariis

Hospiciolum tuum aut raro aut numquam mulierum pedes terant; omnes puellas aut uirgines Christi aut equaliter ignora aut equaliter dilige. Vide ne sub eodem tecto manseris, nec in preterita castitate confidas; nec Sampsonem fortior, nec David sanctior, nec Salomone potes esse sapientior. Memento semper quod paradysi colonum de possessione sua mulier iecerit; unde ait quidam: Adam, Sampsonem, Petrum, Dauid, Salamonem mulier deceptit; quis modo tutus erit?

Ieronymus in epistola ad Nepocianum.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

preterita] preterea L<sup>2</sup>; potes] poteris P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; ieecerit] eiecit P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; Dauid] et *add.* M; Salamonem] Samsonem P V<sup>1</sup>